



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaestio 21. Exco[mmun]icari ne possint Inquisitor & eius notarij ab  
Apostolicae sedis delegatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

privilegiis inquisitorum: nu. 418. ver. item inquisitores Monachi, huins priuilegij de quo hic Eymericus meminisse etiam videtur.

### DE EXCOMMUNICATIONE

Inquisitoris, eius socij, & notarij.

#### QUESTIO IX.

### Excommunicarne possit Inquisitor & eius notarij ab Apostolice Sedis delegatus.

**N**ecesima prima quæstio est: Vtrum sedis Apostolica delegatus, aut ab eo subdelegatus, coheritor, aut executor, a sede Apostolica deputatus, possit inquisitorem, & eius notarios excommunicare.

Respondeamus quod non, ut patet in litteris prædictis domini Urbani iij. tenoris sequentis: Habetur su. pag. 132. Ne inquisitionis negotio contra damnata heresim prudentia vester comitatum, impedi (P absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut nullus sedis Apostolica delegatus, vel subdelegatus, ab eo coheritor, aut etiam executor a sede Apostolica deputatus eadē, seu etiam deputandus, in vos, vel quatuor notarios suis scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequentes, quamdui in prosecutione huiusmodi & negotij vos & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare, absque speciali mandato prædictæ sedis faciente plenā, & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritū, & inane, si fecus fuerit attentatum. Nulli ergo, &c.

#### COMMENT. LXX.

Inquisidores nequeunt ab inferioribus excommunicati.

**I**n signe hoc est, & præclarum priuilegium favore fidei concessum, ne cause religionis propter excommunicationem inquisitorum, aut aliorum officij ministrorum deserantur, aut impeditantur; et interim impeditis iudicib. heretici impune grafsetur.

Concessit Urbanus hoc priuilegium inquisitoribus anno Domini MCCLXI. idem prorsus tribuerat paucis ante annis Alex. I II. anno Domini MCCLIX. & Anagnia. xiii. Cal. Maij. referturq; in libro priuilegiorum ord. Pradicat. fol. 49. pag. 1. idem concessit etiam Clemens IIII. rescripto incipiente: Catholicæ fidei. vers. uos enim eorum quod referunt supra apud Eymericū. p. 2. & huic etiam priuilegij meminit Campegius apud Zanchinum c. 31. vers. secundum autem.

a. Vel quatuor notarios suis scriptores vestros. Quod hic de quatuor notariis dicitur, de plurib. citâ intelligendum est, si plures constituerentur: & quatuor expressi, quoniam tunc illi sufficiebant. An ministeri inquisitorum, hoc eorum candis Inquisitoribus vel eorum notariis competit etiam nunc alijs inquisitorum, & sacri officij ministranciarum, sicuti, veluti aduocatis, procuratori fiscalis, consulari.

A bus, carcerum custodibus, & similibus dubitari potest: & posset qd fortassis satis probabiliter dice. re atq; quoq; ministris copere, tñ quia factores implari debent, non restringi. c. odia. de reg. uris lib. 6. tum fauore fidei: tñ postrem quoniam eadem ē in his ministris ratio reperi videtur, quare idem statu oporteret. l. illud. ff. ad leg. Aquilia ac sane quoniamcumque res se habeat, satis videtur aquilæ, vt Sanctitas sua etiâ ad alios ministros extenderet.

Verum id est notandum qd in rescripto conetur, videlicet: Quandiu in prosecutione huiusmodi negotij vos, & ipsi fueritis; vt intelligatur non tribui hoc priuilegium ministris amotis ab hoc officio: quoniam cessante causa priuilegij priuilegium cessat. l. adigere. s. quanvis. ff. de iure paron. c. cū ceſſante de appellatio.

A more ex his rescriptis, quorum cum Eymericu meminimus, respondetur ad dubium nobis aliiquid propositum, an seilicet Inquisitor hereticae translati obligatus in forma cameræ ad soluendam personem, aut ad quolibet aliud possit virtute obligacionis excommunicari ob non solutionem, nam non posse in personam ipsius inquisitoris intentari aliquam actionem, aut excommunicationem ferrari, dante officio per hec rescripta videtur esse certum: nec apparet inter priuilegia præfecti Cameralis, & etiam contra inquisidores possit censura profere. quare fauore fidei ne in officio impediantur abque expresa Romani Pontificis facultate, faciente de hoc priuilegio mentione, ac illud revocabo, nullus cuiusvis auctoritatis, aut potestatis existat, potest inquisitoris censuris ecclesiasticis innodare.

Nec obstat, si dicatur, inquisitorem obligando se in forma Cameræ huius priuilegio renunciare, quoniam respondebit, qd cum aliquod beneficium seu priuilegium concessum est toti potius alicui ordinis, quam primatis personis eius ordinis, tunc tali priuilegio renunciari non potest, si diligenter extra deforo competet. & ubi communiter glof. Hostiens. fo. an. And. & alij. quare cum priuilegium prædictum sit concessum toti ordinis, & collegio inquisitorum, item propter publicam utilitatem, nempe ob fauorem, & vt heretici extirpetur, consequitur placere, vt ei renunciari non possit.

Quod si dicas ex hoc damnificari contrabentes cum inquisitoribus, cum non possint ius suum consequi, respondebo id non esse ita, cum vel ad sanctissimum dominum Papam, qui quolibet priuilegiatus coeret, vel ad supremos inquisitoris recursus haberi possit, qui re cognita iubent, atque decernant, vt inquisidores, & iuri, & debitis suis satisfaciant: non enim debet offici ac priuilegiorum suorum prætexi tu quemquam ledere. Clem. I. §. I. de heret. viii. muniter Doctores.

#### QUESTIO XXII.

An inquisitor absque incursu excommunicationis requirere possit DD. temporales excommunicatos.

Vicelli